Licet doc. aliter diuidant. diuido in tres p̄tes p̄ncipales. In p̄ma ponit exordiū. in q̄ p̄cludit finez intētus iurīs gñalis. In ſecūda ponit narratio. in qua oſtendit finē intentus huius cōpilatiōis ſpecialit. ibi ſane. In tertia p̄cludit. ibi volētes. Prima ſubdiuiditur: q̄ primo oſtendit finē intentus viatoris in hac vita. In ſecūda tāgit cām generalem deuiationis ab hoc fine. In tertia propter hāc deuiationez. vt ad finez a quo deuiat viator reducatur. cōcludit neceſſitatē legis in qua oſtendit tres generales proprietates legis ꝛ virtutes. Secunda ibi. ſed effrenata. Tertia ibi. tōq;. legā p partes. primo vſq; ad. ℣. ſane. ibi cū deſcēdero. illius ponā ſubdiuiſionē. ¶ No. p̄. qualis debz eē rex

ꝛ dominus: quia pacificus: vt in se ostẽdat quod in alios velit obseruari. facit. ff. de elec. cuz in cunctis. ¶ Nõ. scõo qual oz esse viatoz ad viuendum secundum deũ: ꝛ bonos mozes: quia debet esse pudicus. in se. oz esse pacificus quo ad alios: oz esse modestus: ꝛ tpatus: ꝛ talis sic viuendo rõe a ꝓcupiscentijs liber est: ꝛ a seruitute: ꝛ consequenter a lege. qz vocat lege ꝓpria. i. spũs: ꝛ nõ est sub lege. de regula. iz. de renunt. nisi ad fi. ideo dicit Inn. esse sic possibile hominem viuere vt nõ sit legi subiectus. quo ad exercitiũ: vt no. de offi. ozd. pastoralis: ꝛ allegat. xxij. di. de ꝓstãtinopolitana. in fi. ¶ Nõ. a q̃ surgant lites. iurgia. ꝛ discordie: ꝛ exilium pacis: qz a concupiscentia que est radix oĩum malorz. nam surgit a ꝓcupiscentia: ꝛ noxio appetitu: qõ idem est quod caro infecta via originalis peccati. que animã subiugat in seruitutẽ suaz: vt non pareat rõni. sed vt ꝓcupiscat carnis oculoz aut superbe vite ꝓcupiscentia. in primã caro molestat. i. sensum. mũdus. in tertiã diabolus. ¶ Nota consarum legis: qz eius finis est reprimere ꝓcupiscentiã ad metas rõnis: vt exteriora nra saltem regulent ad limites rõnis: ꝛ non ad luxuriam cõcupis: ꝛ appetitus noxij. ꝛ hoc pp finem pacis: ꝛ concordie. in vnitate populi. i. societate ciuilis: ꝛ ecclesiastice. qui ergo scisturam appetit sequitur appetitum: ꝛ non rõnem. ¶ Nõ. dñaz inter iurgiũ: ꝛ litem. de q̃. de vb. sig. forus. ¶ Nota q̃ inter homines ẽ quoddam fedus: ꝛ q̃dam naturalis obligatio ex caritate ꝓcedens. vt velit pacẽ: ꝛ alterius odiat molestationem: ꝛ velit in alioz qõ appetit in se. ¶ Nõ tres effectus legis qz impellit ad honeste viuendũ: ꝛ ad alterz non ledendum ẽ. ¶ No. qd significet appetitus: qz sumit pro voluntate ipulsa. a ꝓcupiscentia absq; imperio rationis. ꝛ sic idez est q̃ ꝓcupiscentia: ꝛ habet in corpore humano. ratõe primi peccati. in quo est annexum originale peccatum. habet tñ etiam ab anima inq̃tuz corpus viuificat. quae illud recipit a corpore infecto. nõ ab anima inq̃tũ est anima: ꝛ regit. vt dicit Ber. in libro õ libero arbitrio. ꝛ ad fratres õ monte dei. ¶ Dña est inter voluntatez ꝛ appetitũ: voluntas semp in bonum. appetitus semp in malum. vt dicit Archi. i. di. humanum genus. ¶ No. q̃ illud dicit quotidie fieri qõ sit aliquo intervallo interpositio. nã non semp homines sunt in irrigioꝛ. valet hoc ad testes sm legi. qui dicũt hoc semp vel quotidie factũ. vt falsum nõ dicant. ẽt si aliquod interponat momentum. nam ꝛ cã stillicidij dr ppetua. iz nõ semper cadat. dummõ aptitudine sit apta cadere. ff. de fui. vt. predi. l. foramẽ. de cler. non resi. ex pte sm Pe. Jo. Im. ꝛ Ab. q allegant. de pben. significatum. facit q̃ teste qui dicit q̃ vidit semp ticum possidere vt verificet. iz aliquo momento nõ viderit. vt no. in. l. i. ff. so. ma. Jo. xxxvi. di. scire. l. di. si qs volũtarie. xxxi. di. tenere. xxij. di. sacrosancta. xvi. di. si qs vult. ff. de flumi. l. i. vbi fluuius dicit cõtinuus licet qñq; arescat: quod dicit verum dr. qz iz absens sit potuit mente retinere possessionez. que nõ non plz Bar. qz testis non dz deponere de mentalib⁹ actibus. quos non pcipit actu corporali. l. stipulo. §. bij quoq; de verbo. ob. ꝛ no. Jnno. de testi. cũ cãm. Ratio dr. procedit qñ deponit de actibus extrinsecis. qz de iure alias animus ꝓsumit. vt. C. de ꝓbat. l. sine possidetis. ꝛ maxime si ꝓbent extrema. C. de agri. ꝛ cen. l. litibus. l. cum q̃. de ap. pu. li. x. no. ff. de vsuca. l. celsus. ꝛ de ꝓba. iz cãm. Jnno. de priuil. parentibus. ꝛ no. in. c. i. de vita. per doc. que no. pp constitutiones que aliqñ requirunt residentiã quotidianam vel ꝓtinuam. vide Jo. xvi. q. iij. nolumus. vbi datur practica qñ debeat formari articulus. in vbo mõstrauerit in fi. talia enim ꝓtinue intelligunt cũ tẽperamento. nisi legat vxori si continue habitauerit cũ filiis. non dz intelligi. vt singulis habiter momentis. ff. de condi. ꝛ demon. si qs ita legauerit. Jn autẽ. vt determi. sit mi. cle. §. cũ vero. Idem si dicat sine intermissiõe possedit. vel recedit. xxij. dist. sacrosancta. in vbo. sine intermissiõe. vbi Archi. xxxi. di. si laicus. xxxvij. di. de q̃busdam. Idem de vbo assidue. vt in dict̃ iuribus. Idem si dicat non pretereat dies ẽ. vt. xxxi. di. tenere. in vbo preterijt. lxxxij. di. ꝓposuisti. itel ligit horis ꝛ diebus debitis. Idẽ si dicat nũq̃ fuit absq; residentia. vt dicit Jo. de const. di. i. nunq̃. Idẽ de vbo i desinent. xxxvi. di. si quis vult. Idem de hoc verbo. omnipe. lxxv. di. in pñ. p glo. Archi. vij. q. i. puenit. de cõse. di. i. ij. omnipe. ¶ Quero cũ glo. de q̃ re ge pacifico loq̃tur. dic vt in ea vel sm Jo. an. i. deus pacẽ faciens. ꝛ nihil hominus iustitiam. qõ est ꝓprium Regũ. xxij. q. v. regũ. ¶ Qp. q̃ nõ destinauerit papa vel disposuerit quez pudicũ ẽ. cũ hec sint liberi arbitrij. vt i. c. nabuchodonosoz. xxij. q. iij. dic q̃ hoc disposuit ex prudentia ꝛ ꝓdestinatione nõ p necessitatẽ. cũ quilibet ꝛ bonus ꝛ malus fiat ex libertate arbitrij. vel sit bonus ex gra. malus ex volũtate. ¶ Glo. op. q̃ hic inculcet hec vba pudicus castus ẽ. gl. sol. dare. ꝛ in vbo. pudicos. declarat qui dicant pudici. ¶ Glo. alie seq̃ntes exponũt. nec suppiectõe egent alie sũt clare vsq; ad vba glo. in vbo ꝓdiga. v. sz vt. que ponit de ẽrietate lre. qz ꝑ dicit q̃ cupiditas est sui prodiga. ista enim sunt incõpassibilia ꝛ opposita vicia q̃ qs idez dicat cupidus ꝛ ꝓdigus. dic q̃ cadũt erga diuersa: qz cupiditas respicit tpalium retentionẽ. ꝓdigalitas euacuationẽ virtutũ. Jtẽ sm Jo. an. nõ dr simplr ꝓdiga. qz se passim offert ad oia. xxij. dist. de his ibi appetitores artissime vie leuissimo iugo dñi subdãtur. sequitur. §.

Sane. Hec subdiuidit. ꝑ tangit intentum circa ꝓstitutiones ecclesiasticas correctiõi submittẽdas. in quo tangit. v. correctõe digna. Et primũ est diuersitas volũtũ. Scõm nimia similitudo. Tertiuz cõ trarietas. Quartum plixitas. ꝛ ex his q̃tuoꝛ ꝓfusio causabat. Quintũ incertitudo. Sextũ fuit obmissum ex honestate sm Jo. qõ fuit inutilitas. tñ in his bñ põt cõprehẽdi. ꝛ in hoc oñdit cãm ipulsiuã ꝛ gñalem cõpilationis huius dicit Jo. an. q̃ in hac pte ponit narratio in qua cõmendatur hoc opus ꝓncipalr. Primo pp dispẽdiũ antiq̃tis institutionũ. Scõo pp vtilitatẽ nouaꝛ ibi addicierẽt. Scõo ex hac ꝓcludit finalem cãm ꝓpilationis ꝛ vtilitatẽ ꝛ effectuz huius cõpilationis ibi ad cõem. Tertio tãgit. efficiẽtez ꝛ condumentiuã. ibi ꝑ dilectũ. Quarto formalẽ. ibi. resecatis. ¶ No. plura ex qbus dr ꝓstitutio inepta. ꝛ ẽ submittẽda correctiõi. Primo pp nimiam similitudinẽ. ꝛ dicit. qz q̃lis similitudo est superflua vel inutilis. vt ꝑ. dicaz: ꝛ dicit. Jo. an. sequẽ daz sili tudinem que talis ẽ. q̃ dissimilitudinẽ nõ bz. de ꝓsti. translato. de ap. vna sola. xxvii. q. i. nupcias. ff. ad. l. acquil. illud. ꝛ ostẽsa quãtacũq; dissimilitudine nõ ꝓcedit argumẽtum: de q̃ dic: vt dicto. c. trãslato. Scõo q̃s in cõstitutione dat plixitas. qõ no. ꝑ prolixitatem. qz doctoꝛ nõ debet esse superfluus. nec multũ vbosa õbet esse cõpositio: qz talis plixitas confusionem inducit. ꝛ gaudẽt breuitate moderni: ꝛ brevis oro penetrat celum. Tertio q̃s ꝓstitutiones extrauagãt extra volumia. ꝛ no. q̃ extrauagãtiũ fides vacillat in tudicijs: qz illis inq̃tum discrepãt a iure. nõ est fides adhibẽda. vt in. c. pastoralis de fide instru. iõ dic Bar. i. l. cũ pactis. ff. de re iudi. q̃ ꝑ extrauagãtem. vz sniã exp̃sso errore illius sniã. qõ intelligeq̃s extrauagãs nõ est notorie nota. secus si sit notorie no. vt ẽ extrauagãs. execrabilis. vel q̃s de extrauagãti iã cẽt facta fides i iudicio: qz tũc est notoria. ad qõ de re iud. cũ iteꝛ: ꝛ qõ ibi no. ꝛ qz tunc nõ sunt icerte extrauagantes. ꝛ no. q̃ eo qõ ad volumia dcre. nõ ẽ reducta. nõ ꝓsumit de cre. nisi aliter ꝓbet. ꝛ de tali iure bñ põt fieri positio. sic dicimus õ iure ꝓsuetudinario. vt no. i. l. ij. §. qõ obseruari. õ iura. calũ. ¶ Quarto q̃s ꝓstitutiones ꝑiant. cui autem tũc stãduz sit i statutis notat. p dr. in. l. rutores. ff. õ testa. tu. ꝛ Cy. i. l. ij. C. de testa. tu. ꝛ Bar. ibi. ꝛ l. oẽs ppli. ff. de iusti. ꝛ iure. ꝛ determinatum est hodie. de ꝓsti. c. i. li. vi. ¶ Quinto pp superfluitatem. q̃s multiplicate sunt idẽ p

idem repetêtes.qđ nondum est ꝓtra nos. qui materias ⁊ diuersis locis repetimus. ¶ Sexto qñ pp ambiguitatez ⁊ an sñia lata. vel mrimonium contractum sm ꝓnoz intellectum valeat.postea aliter facta declaratõe nõ.de ꝓsti.c. fi.⁊ dicit Jo.an. q qñq3 declarare pót. qui iudicare non pót.de ap.sollicitudinem.⁊.c.pastoralis.§.i.de offi.lega. studuisti. ¶ Nõ.vtilitatẽ hui⁹ opis.ſ. facilior scia ⁊ clarior apprehensio iuris.pp studẽtes ⁊ iudicantes. ¶ Nõ vnum reseruatum pape. qz nemo pót facere cõpilationez nouã absq3 auctoritate sedis aplice. ¶ Nõ.q fi debem⁹ vti hac cõpilatione tot. rubrice sunt autentice ⁊ allegari pñt.de quo in ꝓhemio.vi.§.sane.⁊ i Spe.de dispu.in fi. ¶ Primo vr q admittatur similitudo in decre. vt de libel.ob.significantibus.⁊.d.c.significantibus.de ap.So.regula est hic ⁊ fallit isto mõ. ¶ Primo qñ aliqua pót dari dissimilitudo q̃ tũcunq3 modica. ¶ Secundo qñ aliq̃ diuisione ostẽdit dissimilitudo. ¶ Tertio pp separatio nem difficilẽ.vt si clausula aliq̃ separet ab aliis.q3 ẽ annexa.totus intellectus confundit.C.de no.co. compo.l.i. C.de ve.iur enu.l.ij.§.si quis autẽ.sm Bin. ¶ Quarto qñ repetit vt aliquid addatur vel declaret.in.c. sup questionem.de offi.dele. ¶ Quinto qñ ponunt in diuersis titulis.pp diuersum respectũ.vt in illis.c. significantibus. vt notat in.d.c.significantibus.de lib.ob.ad hoc.l. cũ duo.§.Fuum tuum imprudens.si certum petat.coniuncta .l.si Fuus.§.Fuum tuus imprudens.de act̃.emp.ad hoc vi denõ.p Jo.an.in dicto.c.significantibus.⁊ in.c. nobis in pn.de iure patro. ¶ Quero an liceat allegare legẽ abrogatã.vt decisas dic Jo.an.qñ a lege correcta possit argui. plene diri de iudi.nouit.⁊ tangit.ĩ.de ꝓsti.c.i.si pluo ifisto an allegari posset decisa.dicit hic Jo.an.q si ẽcisa ẽ remota qz iuri ꝓria.vel vt corrigat non pót allegari. ⁊ allegãs incurreret penã falsi.sicut in.l. correcta.l.ij.§. hũc igit.C. de no.co. compo.⁊ iudex ẽt audiẽs. C.de ve. iure.enu.l. ij.§.hec igit cia.sm phi.⁊ Bin.sed si est decisa.qz superflua vel plixa. non qz iuri ꝓtraria pót allegari.vij. di.fuerunt ⁊ idem Pe.⁊ ab.⁊ dicit videndum.qđ nõ.de pur. ca.c.i. ⁊ idem Pe.⁊ ab.⁊ dicit videndum.qđ nõ.de pur. ca.c.i. sup vlt.glo. ¶ Quero an liceat arguere a rubrica glo.q fic. C.ne fide.do.den.l.i.⁊ tãgit Jo.an.in nouella. in ꝓhemio sexti.§.sane.⁊ de hoc i Spe.de dispu.⁊ alle.§.i. in fi.⁊ in aut̃.de iceſ.nup.§.i.col.ij. ⁊ in aut̃. ad hoc. C. de vsuris.vbi p Butri. ¶ Hic Rubrice decretoz ñ pñt allegari.vt autentice:tũ qz sm aliquos non fuerunt iserte a Gratiãno:tũ qz false qñz reperunt.iij.q.ix.carte. vbi Jo. ad hoc de pe.di.i.§.hinc autem.⁊ ẽz Spe.vbi.ẽ. quod dicit Jo.an.verũ excepta prima Rica decretoz.q̃ est autentica Si sunt Rice decretalium vel legũ inq̃rum ꝓpoñt nigro pñt allegari. vt ecc.bene.c.i.⁊ in Rica.⁊ in.l.i.C. ne quis in sua cã.⁊ in multis similibus.l.i.ff. si cer. pe.C. de no.co. cõpo.§.qđuis.⁊ dicit Jo.an.verũ qñ Rice bñt aliquaz oꝛonem pfectam.sed si oꝛo non est pfecta: qz non habent aliqđ diffinire ſz declarare.non possunt allegari: qz nõ indu cunt.p q puto q si nigrum induceret nouũ ius agẽdi. cõ dutõe ex nigro esset agẽdũ.⁊ nõ ex rubro.ff.ó ꝓdi. ex.l..l. i.⁊ allegant aliqñ ad declarationẽ nigri:qz nigrũ oꝛ itelligi vt sit adaptabile rubro.sicut arguit.de of.del.c.i.⁊ fi. li.vi.in glo.ij.⁊ de Rp.tibi qui.li.vi. ¶ Jtẽ allegat vt ex lecturis quaꝝ vna ꝓgruit titulo.altera non.teneat q̃ congruit titulo.vt nõ.de elec.cũ monasterium ó pellicia.Jtẽ vt si aliqua vba ꝓferant sup iure agẽdi.intelligant de actione de qua loquit Rica.vt.l. imperator.de in diẽ adiec.ff. Tertio arguit ex eaꝝ ordine.ff.de ꝓfir.ru.l.i. p Bar.⁊ p Jo.an.de mu.pe.c.i.sup.i.glo.Si. aũt rubꝝ ꝺiceret nigro.standũ ẽ nigro.⁊ credit rubꝝ corruptum.⁊ qz nigruz disponit rubrũ declarat.⁊ qz nigrũ fit cũ maturitate.rubꝝ aliter apponit.Si aũt rubrum latius loquit q̃ nigrũ.supplet vnum p aliud.vt nõ.glo. in aut̃.ad hec.C. de vsur.⁊ ibi Butri.⁊ in aut̃.vt nullus mutuãs agricole.§.i.colla. iiij.⁊ ad hoc tex.⁊ glo.in.l.i.C.etiam ob cirogra.pecu.de hoc.ff.re.amo.l.itaq3. ¶ Quero in quo differt variare ⁊ vacillare.dic variare ẽ ꝺicere:vacillare est nõ se firmare in altero contrariorum.vide quod nõ.de testi.co.preterea Pe.Ab.⁊ Jo.an.hic glo. ¶ Glo.in verbo.p delictũ.q rit de duobus pmo an debeat apparere ordo decretalium. dicit q sic.Jo.an.hoc verũ quo ad titulos ſz ñ quo ad cõpilationẽ.in decre.autẽ eiusdem auctoris nõ seruat ordo. de offi.archidiã.ad hoc.⁊.c.vt nostrum q̃ fi.sint legi.cãm.l. c.ij. ¶ Querit scõo glo.quales debent esse isti q̃ ponunt ad reformãdã.dic q debent esse glorioſi doctrina ⁊ expiẽtia rerũ.C.de no.co.cõpo.consti.c.ij. ¶ Quero cum alias glo.an in oibus iudicijs talibus Juribus possimus vti. glo.q sic:qz indefinita equipollet vlx.xviij.di.si romanoz cũ ſy. ¶ Op.q scõm hoc concludẽt.q hic nõ est aliqua cõstitutio.que sit ꝓuilegiana qđ est falsuz qz multe sunt ⁊ nõ debent trahi ad cõsequentiaz.dicit gl.q ĩ vlis ꝓcedit nec inficit p vnam vel duas decre.qz pp vnã vel duas nec plus aut minus ⁊ dat similia.Alia ponũt hic doc.nã dicit tex.q omnes conuenerunt in colloceñ. ⁊ tñ quinque cluenẽ nõ cõuenerat.de postu.bõe.ij.ad idẽ.vij.q.i. denuq3.ibi oi semine israbel.qđ nõ icludit tribũ Juda ⁊ Benyamin ſz Hosti.⁊ Jo.an. ¶ Nota p testibus si testes deponãt qđ valet q oẽs de vicinia fuerunt pñtes nõ viciat ipsoruz dictũ q̃ q̃ ibi aliq defecerint.imo sufficit maiorẽ partem interuenisse:qz qđ fit a maiori pte ab omnibus factum dr̃.l. cum maior.ff.ad munici.ar.contra.q de modicis est curãdum.xij.q.vlt.c.ñ.soluit q de modicis nõ est curandũ.⁊ ẽ curandum sm intentionem disponentis vel loquẽtis. dic de hoc vt in.c.proponẽte.i.de Rp.scõo soluit gl.quia qđ dicimus de omnibus refert ad scolas ⁊ iudicia.Quod ãt dicimus de indulgentijs refertur ad vsum in scolis quod nõ.pro teste.vt saluent dicta contraria.referendo ad diã sa.vel dic q adhuc pót deduci i iudicijs.vt nutriat puiſz dispensationis.⁊ indulgentie:⁊ vt oñdat q casus ẽ egens dispensatione:aut in alijs firmet ius cõmune.vt sciatur q epi dispensare possunt.ex quo pmittit.⁊ est seruata.ó quo de temp.oꝛ.dilectus.vltra intentionem aũt suã nõ pt allegari in iudicijs ⁊ ius indulgentie vel dispensatiõis habet ꝑ iure cõi vel actiõis possit peti vt debitũ.i.q.vij.exigunt ⁊.vij.q.i.nisi.l.di.dño sãcto.⁊ qđ ibi nõ. ¶ Quid si aliq̃ decre.hodie inueniat extrauagans dic q fiet q dicit.j.de fi.instru.pastoralis. ¶ Querit glo.que erit pena legẽtis vel vtẽtis ãtiq cõpilatiõe.dic q pena erit excõmunicationis. ¶ Nõ.glo.q̃ vult q pena ꝓtra venientes legi. ꝑcepti sit excõmunicatiõis.⁊ ipso iure censet lata.sed dic q utei ligit ille tex.q nõ sit lata.ſz ferẽde.vt ibi nõ.notat tñ Jo. an.i glo.⁊ dicit q pena erit extraordinaria ⁊ arbitraria.ex quo aliter nõ exprimit.j.de offi.dele.de causis.

Ē summa trinitate ⁊ fide catholica

De materia. xxiij.di.q epõs. de con.di.iij.c.ñ.⁊ di.ritima.c.vlti.repetit in clemẽ.⁊ in sex. ¶ Quare dicit summa.dic ad oꝛam aliaꝝ que sunt trinitas. sed nõ summe.vt trinitas in candela.⁊ fide.ſz Pe.⁊ Ab.plene p Hostien.in summa huius ti. Quare dicat sũma.⁊ q̃re trinitas.p Hostiẽ. ¶ Glenio ad glo.sup Rica. glo.cõtinuat Ricã.dic vt in ea.ibi peccatuz.dic nã sine fide impossibile ẽ placere deo ad hebr.xi.⁊ prima salus est recte fidei regulã custodire.xxv.q.i.prima salus. Jnq̃rũ dicit ante baptismũ debere istrui i fide.hoc verũ in adultis. vt ibi patet. ¶ Querit glo.de multis.primo qđ est fides ⁊ quotuplex sumit fides.dic q sumit pro sacramẽto baptismi.xlv.di.de iudeis.de bap.debitũ.aliquos ex his modis.ponit glo.xxij.q.i.monet.secũdo modo dicat fides.i. castitas thori.xxvij.q.ij.cõiugeo.xxviij.q.i.caue.⁊ ẽ vnuz de tribus bõis matrimonij. glo.allegat ura ad ꝟ.ó códi

appo..c.i. ¶ Tertio dicit fides securitas siue pactū que
ēt hostibus seruanda est.xxiij.q.i.noli. ¶ Jté dicit fides
aliqñ conscia.de resti.spo.ſras.de ꝓscrip..c.ſi.allegat.cō
cor.dū allegat .H.illō vitra mediū.alo ē.v. Jté dicit fides
de re nō visa glo.allegat cōcor. ¶ Quarto dicit fides p
missio. Jnſti.ō re.diui.H.vēdite.ad hoc J.de spon.du..c.i.
¶ Jté ōr fides collectio articulorū fidei.vnde symbolus
dicit fides.J.de vi.ꝛ bo.cle.vt gſq. ¶ Jterꝫ dicit fides e-
gras in actionibus cōsiderata.hinc ē q ex hoc dicimus
actōes aliquas hōe fidei de gbus J.de excepꝛ. cū venera
bilis. ¶ Jté ſm Jo.an.dicit fides legalitas cōtraria do
lo J. de depoſi.bona fides. ¶ Jterꝫ ꝓbabilis ignorantia
H.de acqui.re.do.l.q bona fide. ¶ Jtem ꝓbabilis cre
dulitas.ff.de vb.sig.l.bone fidei. ¶ Jté bona simplicitas
vt hic ē bone fidei.i.simplex ꝛ non duplex.xxij.q.iij.ino-
cens ſm Hosti. ¶ Quero scdo quid est fides ꝑ hic su
mit.dicit glo.q describit ad hebreos.xi. Dicitur fides ē
substantia sperandaꝝ rez argumentuꝫ nō apparentium
de hoc satis in tertio sniarū.xxiij.di.dicit substantia sperā
darum rerum.qz sperare debemus quod dicit ab apīo ꝛ
sacrīa scripturis.ꝛ a ꝓphetis esse futurum ſm glo.vel di-
cit sperādarū ſm Jo.and.qz facit in nobis subsistere res
sperādas.in pñtī p spem.in futuro p rem.ꝛ dicit argumē
tum nō apparentium:qz si volumus hoc ꝓbare dicemus
sic dicit xp̄us:sic dicit Abraam.ſm glo.dicit argumentū
non apparentiū:qz per ꝓphetias iā completas debemus
habere argumētuꝫ.i. ꝓbationem nō apparentiū de futu-
ris cōplēdis.i.de die iudicij ꝛ ō fine seculi. ¶ Opp.glo.
q diffinitio nō sit bōa:qz vera diffinitio cōuertibilis ē cū
suo diffinito:sꝫ hic nō est conuertibilis:qz spes eadeꝫ.filr
est sperādaꝝ rerū:ꝛ sic videt q fides ꝛ spes sint idez.qō
est falsuꝫ. Jterꝫ qz diffinitio loquitur tm̄ de futuris.ꝛ fides
est de pñtibus ꝛ futuris.eo q habꝫ se ad omnia tempora
pñtia preterita ꝛ futura.ad pñtia qz credendū est q ipse
ē q quottidie conficit in altari.ad preterita:qz credenduꝫ
est xp̄m fuisse natū ꝛ passum.ad futura qz credere debe-
mus ipsum futurū ꝛ iudicaturū viuos ꝛ mortuos.ꝛ licet
diuersa sint hec cōprehēdunt.sub vna fide.vnde cōcludit
glo.q nō est ꝓpria diffinitio.sed notificatio ab apīo data
¶ Quid aūt sit spes dicit magister sniaꝝ q ē virtus qua
spūalia bōa ꝛ eterna bona sperant:ꝛ cū fiducia expectan
tur vel spes ē certa expectatio future beatitudinis veniēs
ex dei gra.ꝛ ex meritis precedētibus.sine meritis.n.spe-
rare nō ē spes sꝫ presumptio.est vel spes est audacia men-
tis de largitate dei cōcepta.habendi vitam eternā p bōa
merita cōuenit eꝝ fide.qz est de inuisibilibus sicut fides.
vnde nō ē spes de his que videt.sicut nec fides dīcit qz fi-
des ē ꝛ bonaꝝ ꝛ malaꝝ rez:qz ꝛ bōa fide credunt.ꝛ ma-
la ꝛ bona ꝛ vita eterna ꝛ dānatio eterna.ꝛ spes nō ē nisi
bonaꝝ rerū:qz nemo sperat mala vel desiderat. Jté fides
vt.ō.ozi.ē de pñtibus ꝓteritis ꝛ futuris.spes aūt solum
de futuris. Jté fides est suarū rez ꝛ alienarū.nā gſq cre-
dit se sempiternū ꝛ angelos sempiternos.spes aūt nō nisi
suarū.ꝛ ad se ꝓtinentiū:vt qz ad sui iocunditatem sperat
vitā eternam.ponit magister.li.iij.di.xxiij.vnde dicit ber.
sup psal.Qui habitat .v.x.Germana fidei spei qz cogni-
tio ē.vt qō fides futuꝝ credit spes sibi incipiat sperare fu
turū.ꝛ spes presupponit fidem.nā non credita quis spaꝛ
nō pōt nō plus q̄s super mare pingeꝛ pōt.dicit ergo fides
pata sunt magna ꝛ mexcogitabilia bona a deo fidelibus
suis.dicit spes mihi illa seruant.ſm Ber.quidā solūt p
dictā diffinitionem.inq̄rum dicit fides est nō apparentiū
qz verbū pōt respicere ad futura ꝛ pñtia ꝛ preterita.ꝛ sic
intellecta diffinitio nō cōuenit spei:que tm̄ ē de futuris.sꝫ
verbū sperandarū rez obuiat:qz tantum futura respicit
sꝫ pōt dici sic q fides ꝓncipaliꝝ in sperandis subsistit. An
de Jaco.dicebat fides est substantia.i.firma mētū. seu fir
ma substantia sperādarū rez:qz facit nobis subsistere res
sperādas in pñti p spem in futuro p rerum argumentum
nō apparentium:qz si volumus ꝓbare dicimus.sic dicit
xp̄o.sic dicit Abraā.ꝛ hoc habuit a magistro sniarū li.iij.
di.xxiij. ¶ Ad vitādas has difficultates glo.ponit suam
diffinitionē.fides ē volūtaria certitudo absentiū.i. sciētia
ꝛ supra opinionē ꝓstituta.scia enim habet cognitionem fi
des nō.vnde Aug.fides est credere que nō vides.de pe.
di.iij.q in domo.ex his apparet dīa inter fidē ꝛ spem.ꝛ
opi.qz fides ē de creditis.spes etiam de increditis:q spe-
rant.opi.de his dubijs que firmiter nō credunt. vñ fides
est media opinionis ꝛ scie neutrum attingēs ſm Jo.an.
¶ Quero quotuplex ē species fidei.dic q vna est forma
ta quā hēnt boni ꝛ sancti.alia ē informata:quā habēt ma
li ꝛ dēmōes:ꝛ infideles:ꝛ existētes i peccato mortali:ꝛ fi
des istoꝝ caret forma.pāma ē materia a qua dicunt fide-
les quicūq baptizant.ō consc.di.iij.q apud tales.dicit
fides informata caritate.ꝛ pōt sic diffiniri.Fides ē qua qs
credit qō diligit:ꝛ ꝓbat hoc aucroritatibus multiplicab⁹
fides aūt dēmonū ꝛ infideliū est non formata absq dilec
tione:qua credūt ꝛ cōtremescunt.Ja.dicit mgr̄m in snijs
tenere.ꝛ alios Theologos.q dēmon nō habet fidem ēt
informē.fides.n. informis in peccatore habilitare pōt illū
in bonū.quod non est in dēmōe. Jterꝫ fides informis in q̄s
tum fides sapit naturam fidei formate.que volūtaria est:
vt in diffinitiōe dictū ē:sꝫ prauus xp̄ianus voluntarie cre-
dit.dēmon dolet ꝛ ipsorū credere est tremescere.vnde nō
est voluntaria.sed extorquet ab eis per flagella ꝛ diuinaꝝ
seueritatem.nec deliberato velle nollent deū ꝛ articulos
fidei esse.intētus esse magistri dist.xxiij.li.iij. ¶ Quero
an fides xp̄ianoꝝ differat a fide antiquorū. dicit hic glo.
q nō.immo est eadem.quod probat euangelium Matthei
.xxi.Turbe enī que precedebant ꝛ sequebant clamabant
Osanna filio dauid.ꝛ hoc verū quo ad substantiā in qua
litate differūt:qz credebant.de futuro.nos aūt credimus
de preteritis.i.xp̄m natū ꝛ passuꝫ.dicit Ja.q glo. habet cō
tradictionem:quia dicit vnā fidē mūdi.ꝛ tm̄ distāt modo.
qō patet etiā ad hebre.di.j.ꝛ in cle.e.ti.c.i.H. ad hec.cū cō
cor.ꝛ hoc dicit q distant ꝛ sic sunt plures fides numero.p
ter pīale.ideo pulchrius ꝛ verius dixissent. dīa pōt no-
tari nō in fide cū in se nō differat.sꝫ in quodam mō credē
di illuminato intellectu credentiū antiquoruꝫ.i.ante icar
nationē:qz ipsi credebāt de futuro ꝛc̄.vnde ipsi saluabān
tur in fide xp̄i venturi ꝛ resurrecturi.nos i fide xp̄i qui ve-
nit ꝛ resurrexit.vt dixit mgr̄ snia li.iij.di.xxiij. ¶ Quid
aūt significꝫ vbū Osanna.dicit b Jo.an.q scōm Aug.est
vox obsecrātis.magis affm̄ significans q̄s rem aliquam
exp̄mēs sicut ſm Remigiū apud latinos bene est vox dolē
tis.ꝛ sꝫ Hiero.va.iteriectio exultātis.ꝛ pape admirātis.
¶ Jtem cū silentiū volumus imparare strictis dētibus co
artam⁹ spūm.hec scribi nō possūt. Jdeo sꝫ Hiero.ꝛ Aug.
Osanna hebraicū i aliā linguā trāsferri nō potuit. Jo.os
aureū super hoc loco euāgelij.dic.q qdā iterpratī Osā
na gloriam:alij redēptionem.alij salutifica.vel saluuꝫ fac.
quē.i.gloria salus ꝛ redēptio bene cōuenit ei qui effusio
ne sanguinis sui gloriosi nos redemit:dicūt quidā sic iter
pretari.vōe salū me fac.obsecro. Osi.n.idē ē q salutifica.
anna iteriectio obsecrātis.debꝫ ergo dici Osanna.sꝫ vo-
cabulū corrupte dicit.Hiero.de b specialē tractatuꝫ scri-
psit.Jsiō.etiā de hoc.Ethimologiarꝫ.li.viij.c.ſi. ¶ Que
ro quot sint articuli fidei.glo.dic q sūt.vij.sicut.vij.dona
spūs sancti.quos glo.enūerat recitans alios dicēs.q sint
.xij.quos etiā glo.enumerat.videt tamē q sunt tm̄.vij.
¶ Antecq̄ descendā ad glose declarationem.circa istos
articulos quero an arctent christiani ad sciēdū explicite
articulos fidei.glosa dicit q quilibet christianus debꝫ b sci
re.clerici explicite ꝛ laici implicite.s.credēs tenent. sicut te
net ecclesia. ¶ Ad declarationeꝫ glo.explicite scire ē ex
plicare.distinguēs ꝛ defendere. Implicite credere ē cre-

dere implicite qcqd credit ecclesia Et in tñ valet fides implicita layco. q si róne nãli motus dicit pfem maiorem filio. vel posterem. vel q tres psone sint admodum distantes vel aliqó fil'e. nó é hereticus: nec peccat: dummodo sic credat qó credit ecclesiã sic credẽ: et suã opinionem supponi fidei ecclesie. nec suũ defendit errorẽ: qz licet sic opinet. illa tñ nó est fides: sz fides ecclesie. l. c. ij. fm Inno. q̃ hoc dicit i. c. i. ¶ Hoc vez dicit hic Hostie. si dicẽ ẽ ore et opere sequit. secus si negat. xi. q. iij. existimant. Dicit tñ Innoc. q̃ quedã é mensura et ofa hominũ. secundum diuersitatẽ eorum: quedam datur mensura credendi. vt credãt layci adulti. maxime simplices credant deum esse remuneratorẽ bonz. et credat articulos implicite. Hanc mensurã credendi debent plati habere. habentes curam animarũ: qz debent scire articulos: et distincte que cõtinent in symbolo. Credo i vnũ deũ. &c. Quicũqz vult saluus ee. xxviij. di. c. i. et se. Epũs debet plus scire. l. omni poscenti reddere rõnẽ. xxxvj. dist. ℌ. ecce. di. xxxviij. c. omnes. et sufficit si hoc faciant deliberatione prehabita. etiam si oporteat cũ aliorũ consilio. Non negat tñ quin. papa. et alij inferiores plati possint ex certis cãis dispẽsative. etiaz minus instructos. et etiam minus industriosos in spũalibus et rẽporalibus sustinere. ó renunti. nisi. ℌ. ne p defectu. ¶ De clericis ãt inferioribus videt ibi Inno. q̃ si essent pauperes nó valẽtes intẽdere studio: qz nó habẽt magistros vel expẽsas. l. qz oportet proprijs manibus victũ querere. qó sufficit eis scire sicut simplicibus et laicis. et aliqñtulũz plus. sicut ó sacrãto altar. circa quod versant plusqz laici. Si vero habent magistros et expẽsas peccãt: nisi plus ꝓficiant idiste cta cognitione fidei qz laici. et debet qui eis priuz imponit de hac negligẽtia scrutari: et diligẽter attẽdere. qre in eis non ꝓficiunt. an pp grossitiam vel ruditatem ingenij. an qz pp opera caritatis oportet alijs intendere. puta in ministrãdis necessarijs cõfribus pauperibus vel hospitib⁹. et idẽ de alijs pauperibus bonis. qui habent explicite cognitionẽ pñt preponi. poterunt etiam ex causa illius scientie alias sciãs ꝓponere. vt si sciaz iuris adducãt. vt pauperes i iudicio defendant: sz non ꝓponant illaz sciam cognitioni fidei. qui in illa ꝓficiant. Immo posqz habent expẽsas ab eccl'ia videt q̃ plus debẽt intẽdere cognitioni fidei qz iuris: nisi iusta causa eos moueat. imo et sz eos laici bñ tes intellectũ subtilis ingenij. deberent illaz impendẽ cognitioni fidei. sz nó peccant hoc nó faciendo: cũ ipsorum pfessio nó sit ad hoc. videt enim eis sufficere q̃ talentum nó abscondant in terrã: sz bonis insistãt operibus. Et idẽ etiam fm Compo. é in laicis l'fatis: sz fatis videat ex debito rõnis. q̃ plus alijs illfatis scire teneant. hec sũt vba Inno. ¶ Aduerte tñ q̃ sz quo ad incurrendũ peccatũ fiat distinctio psonaz: et q̃ plus vnus scire teneat. qz alter tñ si actu def ignorãtia. dũ tñ asserẽs determiet se ad credulitatẽ ecclesie et nó ptinaciter defẽdit: ñ incurrit hr̃sim. licz qó creditur sit error. vt patz i abbate Joachino: q̃ ẽt fuit clericus et l'fatus: q nó iudicat hereticum licet errãdo. aliqua dixerit: ex quo illa submisit ecclesie: et hẽ tenet thomas ic̃a sc̃e. di. xi. ar. iij. cõcludẽs q̃ i articulis: ex qb⁹ñ seqt corruptio fidei: aliud credere nó est heresim. idem in nó determinatis ab ecclesia. In determinatis ãt ab ecclesia dicit q̃ si nó ptinaciter defẽdãt: et ex ptinacia: sz hẽ dicũt: qz si credant ecclesiã credere: et querant cum sollicitudine veritatem: pati corrigi non sũt inter hereticos cõputandi: qz non habent ꝯdicere doctrine ecclesie. et allegat. xxvij. q. iij. si quis sniam. vbi dicit si quis sniaz suaz: qñ qñ falsam: atqz puersã: nulla ptinaci animositate defendit: que rũt ãt tanta sollicitudine veritatem: corrigi pati cũ mouerint neqñ sũt inter hereticos deputãdi: qz si nó habẽt electionem ꝯdicentes eccl'ie doctrine istud. c. nó é. xxvij. q. iij. sed. xxiiij. q. iij. dixit apl's. et. c. qui in ecclesia. qui textus vident velle q̃ si fecerit aliquaz diligentiã i certificando: sz simpl'r intelliguntur. qñ non sunt ptinaces. q̃ nó sũt hereticí. et hoc ꝓbat. c. q̃ in ecclesia. et. c. scisma glo. xxi. di. nũc autẽ. dicit q̃ non est dãnandus vt hereticus si vult reverti. puto q̃ si errans querit se certificari. et certificatus statim reuertat: nó preuentus a iudice nõ sit hr̃ticꝰ nec aliquã penã meretur. Si autez patit se preueniri. si ó licitũ est occultuz: et statim absqz aliqua resistentia paratus est redire: adhuc nó é puniendus vt hereticus. Si sũt notorius et patit se dãnari. et postea vult redire. adhuc recipit: sed patit penam. de hereti. c. pe. qz ad ppetuã penitẽtiam detrudit ad carcerem. ¶ Ad declarationem glo. ó clarat hic Jo. an. qd sit articulus. et dicit fm hugo. de sancto vito. articulus est indiuidualis veritas de eo quod é supra rõnem nos artans ad credẽdum. et vide quod nõ. de hereti. cũ ex iniũcto. ¶ Secũdo que cẽssent dona spiritus sancti. dicit q̃ sunt hec. fortitudo sapientia. intellectꝰ. cõsiliuz scia. timor et pietas. de his Esa. xi. sic. vij. sunt petitiões in oratione dominica. vt p te videas. de hoc ó cele. mis. c. i. in fi. glo. fi. ¶ Inqñtũ glo. enumerat baptismum inter articulos. dicit Jo. an. q̃ nó est articulus. sed sacramẽtũ. fm Ja. siue intelligas de baptismo Jo. quo baptizatus é xp̃o. siue ó nouo baptismo post resurrectionem instituto per xp̃m. Inqñtũ dicit q̃ dicit symbolus et cẽ. dicit Ja. q̃ immo dicit a fin qó est con. et bole quod est inia. vel conuenientia qz de omni apl'orum conscientia stabilitum. Idez tamẽ qó nõ. glo. nõ. Jo. xvj. di. c. i. et est verus. q̃ si recipimus ex parte cãe efficientis sunt. xij. pp. xij. apostoloꝝ. Dicit enim Petrus. Credo in deũ patrem omnipotentem creatorẽ celi et terre. et Andreas. Et in Jesum xp̃m filiũ eius vnicum dominum nr̃m. Jacobus. Qui conceptus est de spũ sancto natus ex maria vgine. Joannes passus sub pontio pilato. crucifixus mortuus et sepultus. Thomas. Descendit ad inferna tertia die resurrexit a mortuis. Jacobus alphei. Ascẽdit ad celũ sedet ad dexterã dei patris oipotẽtis. Philippus. Inde venturus é iudicare vivos et mortuos. Bartholomeus: credo i spũm sanctũ. Matheus sanctã matrẽ ecclesiã catholicã. Simon. Scõrũ cõmunionẽ remissionez peccatorũ. Judas Jacobi alꝰ Thadeus. Judã vocat Lucas. vi. Thadeũ Matthei. x. et Marci. iij. et. x. Carnis resurrectionez. Matheus. Et vitã eternã amẽ. Theologi cõmuniter notãt articulos ex parte cause materialis. et dãt q̃ sũt. xiij. vij. respiciẽtes diuinitatẽ. et septẽ respiciẽtes hũanitatẽ. Unde Jo. xvij. Hec é vita eterna. vt cognoscant te solũ verum deũ: et quem misisti iesum christum. per que patet in articulis et credibilibus hec duo subesse occultuz detractio et ministerũ natiuitatis xp̃i iesu ¶ De. vij. vltimis patet in glo. saluo eo qó corrigitur de baptismo: ex reliquis septem primus respicit diuinã essentiam. dictũ ad hoc in singulari. Credo in deũ. reliqui tres respiciũt tres psonas essentie sz Credo in pfem et i iesum xp̃m. et in spiritũ sanctum. reliqui tres respiciunt operationes diuine essentie. quaz vna est in collatõe nature que é creatio. ibi Credo in creatorẽ celi et terre. Alia i collatõe gratie. q̃ est sanctificatio que habz suũ articulũ. Sanctam ecclam catholicã et sanctoz cõmunionẽ et remissionẽ peccatoz. Altera i collatõe gloie et hẽ é gloriosa resuscitatio hr̃sis articulũ. Carnis resurrectionez et vitã eternã amẽ. Alij dicũt eẽ. xij. vj. ad diuinitatẽ ptinẽs. et. vi. ad hũanitatẽ. De tribus psonis trinitatis dicentes esse vnũ articulũ de ope glorificatõis diuidũt in duos. in carnis resurrectionez et gloriã anime. articulũ vo conceptiõis et natiuitatis cõiungũt. sed melius est q̃ nó cõiungant. cum enim articuli sint veritas supra rõnem existẽs: vbi sũt diuersa sup rõnem diuersi articuli sunt ponẽdi. vnde quia ponere deũ sepultũ nó habet aliam difficultatem qñ ponere deũ mortuũ. ponũtur hec sub vno articulo. sz incarnatio. et cõceptio difficultatẽ habz in hoc: quia deus factus homo. et finis humano natiuitatis. in hoc qz virgo peperit: ergo duo sunt

articuli. Iter alij adhuc aliter de quo i summa bur̄i.per Hosti.§.quotiēs.de ceterio ergo hic dicendū dic:vt i sūma Hostiē.

Iuiter. Cōstitutio hec vsq; ad §. vna.tractat ō summa trinitate:et opib⁹ ipsi⁹ trinitatis:et de fide catholica et de articulis fidei ibi tractat de sacramētis. Primo ō eucharistia.vbi ēt iterserit de ordie.Scōo ō baptismo.ibi sacrāmtū.Tertio de pnīa.ibi.et si p⁹.Quarto ō cōiugio ibi nō solū. Prosequor p ptes.primo vsq; ad.§.b sancta trinitas. ¶ No.primo qualis dēt esse fides vt sit recta:qz debet esse firma.nā firmitas est animi constantia q̄ q̄s rei ap̄bēse ita tenaciter inhereat:vt ab eo aliquo impulso euelli aut separi nō pōt.ſm Ihiō.scōo dēt credi sm pfr̄.i.fine plica. ¶ No.q; ḡo potest ꝓfiteri qō credit.licz nō sit certificat⁹ qsi firmiter credat:et ſō ad obiectōes respōdet p credit:et tales ℟nsiones bñtur pro cōfessiōibus de ꝓfessi.c.ij.li.vj.et qō ibi no.l.ij.C.ō iura.calūp. ¶ No.q; de fide tenendū est vnum esse deum et vez ad differētiam deoz simulatorū.et eternus.eternitas aūt ē interminabilis vite possessio.ſz boe.i.v.li.ō cōsolatiōe.ſz Io.et goff. Iterū q; sit imensus.et Immensitas scōm Anselmum est res que p sui excellētia et magnitudine excogitari mēsurari vl attigi nō pōt. Incōmutabilis vo ſm naturales dicit q; idez cū eodē temp manz nō ob.de re.ec.nō alie.si quis ꝑ byte rozuz.vbi dicit q; deus trascitur:qz loquit humano more vt dicit glo.iij.dic vt ibi. Idē oz credi incōprehēsibilis.i. q; nō pōt localiter nec intellectualiter cōprehēdi a creatura vtpote finita. Iterū credi oz omnipotens.i.qui omnia possit ſm hoc sequit q; pōt currere.dic q; pōt cursum facere:qz ꝑprie currere nō cadit in deum.ſm Hin. Et ieffabilis de quo si pōt aliqua similitudo dari: vt dicit Hosti. in sūma buius ti.§.cum dicat.v.sic patet.q; ſm phi.q; est deus nō est contentus sub genere nec sub diffinitione.nec sub demōstratiōe.expers qualitatis et q̄ritatis. vbi et qñ et motus:nec est aliquid sibi simile.nec cōicās nec ōrium. Ideo ipsa diuina essentia siue trinitas:nec describēda est nec companda alicui creature:et si ḃ fiat aliq̄n ad istructiō nē simpliciū:attingere tñ nō possumus:qz inter creatorē et creaturā nō pōt tanta similitudo notari quin inter eos sit maior dissimilitudo.i.e.dānamus.§.cū ergo.et scōz Aristotelem.prima cā est superiozi narratione.ideo deficiunt lingue in narratione. ¶ No.ij.essentiam diuinam cōprehēdere in se tres psonas. Patrem et filium et spūm sanctū. et omnia superius numerata possunt dici ō tribus psonis. ¶ Et no.q; oēs psone sunt vna essentia substātia seu materia.de hoc dic:vt in cle.i.e.t.c.i.i gl.vi. Et no.qd sit simplex est cōmunio qō qualiter intelligat dicit glo. ¶ No. q; pater est a nullo.filius a patre.spūs sanctus ab vtroq; absq; principio et fine.et hoc ē cōtra grecos. de quo.e.t.c.i. li.vj. ¶ No.q; pater est generans.filius nascens.spūs⁹ sanctus procedens.et sunt cōsubstantiales coequales et coeterni.et vide qō no.e.ti.i cle.i.i vbo arriani. ¶ No.deus esse vnum omniū principium et creatorem visibilium et invisibiliū:spūaliū et corporaliū.et ē ḃ cōtra marchionistas q; credūt ōrium.xxiij.q.iij.c.pe.v.marchionīste:et contra quosdā qui dicebāt creata et corporalia nō esse a deo creata. ¶ No.q; ab initio tpis deus creauit omnia: qz simul creauit omnia cum tpre.ante enim nō erat tēpus. ¶ No. q; creatura angelica et mūdana fuit creata anteq; būana q; cōmunis est inter spūalem et corporalez. ¶ No.q; diaboli a natura fūt creati a deo boni.et q; se ꝑpria volūtate et prava fecerūt malos. ¶ No.differt inter peccatū diaboli et hominis:qz diabolus peccauit ꝑpria volūtate.volūtatis prauitate.bō ex suggestiōe diaboli. ¶ Oppo.q; diaboli nō habebāt nec bēant aliq̄d boni.qz non pōt habere caritatē.vt.xxj.q.ij.c.i.de pe.di.iij.c.pcepa.dic q; caritatem que deseri vel amitti nō pōt.habere non pōt aliā. vñ habēt ſz gof.et Hostiē.dicit Hinc.q; diaboli creati fuerūt i statu innocētie.et ex libero arbitrio facti sūt mali:et ꝓpui dicit gof.hic et Io.xxiij.dist.q epūs.diabolus angelus et homo liberū habent arbitrium.angelus vtiq; ad bonum et semp meretur.diabolus e contra.homo vero ad vtrūq;. ¶ Quero quale sit ꝓncipiū deus cum.dic q; ē ꝓncipium ꝓncipians nō principiatum:et q; sit dare.vnuz ꝓncipiū increatū ꝓz ex eo:qz aliter iret in infinitum. vbi enim ponis vnū creatuz aliqō ponis creatorez:et ascendendo ires in infinitū:nisi dares vnum ꝓncipium increatum. Iterū si deus inceperit ēē oportet q; exiuerit de ptāte essendi ad actuz. ſz vt dixi non pōt esse q; alius eū duxerit:nec q; ipse se ipz ſm qō sequeret q; ipse precessisset suū esse vel seipsum qō non est intelligibile.concludit ergo q; nō incepit esse:qō autem si vnuz ꝓncipium patet ſm egi.super ℟ica quia si pōs plura ꝓncipia:aut sūt ꝓcordāta:aut ōria. Secūdo cāu alterius creatio alterū destrueret.si cōcordantia:aut inequalia aut equalia:aut iperfectū ꝓncipiū faceret imperfecta ꝯ id genes.primo.et erant omnia valde bōa.si eqlia et omnipotētia ergo altez superfluū si non omnipotentia. ergo nō esset ꝓncipiū. ¶ Quero quare homo qui ē p⁹ angelos creatura nobilissima creat⁹ fuit p⁹ bruta et reptilia. dic ſm Aug.hoc factuz ꝓpter humiliationem.ne superbie cā sumeret exordiū ꝑme creature.creatus.n.fuit ad ymaginē dei.q̄tum ad nālia animē:et ad filitudinem quantū ad gratuita.idest vtutes:et i q̄bus fit ad ymaginē dei:dic plene p Hostien.in sūma huius ti. vbi aliqui p memoriaz dicunt esse ymaginē ptis.alij p intellectum:alij p voluntatez.dic vt ibi plene p eū ex quibus augeri poterat superbie cā:hac de causa primus homo in agro damasceno fuit formatus ex limo terre et exiit in paradisuz translatus vt sciret q; esse paradisi nō esset naturale:sed gre. Iterū cū ūl creatur̄ ꝓferri deberet equuz fuit ꝓpe ullas creaturas creari. ¶ Alia cā colligit hic qz añ oz ēē extrema q̄s q; extremū dēt mixtū. et añ singularia q̄s cōe extremoz. ¶ Prima gl.q̄rit q̄re oz credi.℟ndeo qz ꝓbari nō pōt.et ē clara ꝓz ꝑ qz ꝓbatio fit p certius:et nil certius fide ergo ꝓbari nō pōt bñ sūt tñ oñsiones vt dicit.i.v.quaternitas. ¶ Scōa glo. querit quare debeat credi.dicit glo.q; dubius in fide infidelis est:dicit Io.an q; ad hoc genus mēd.xcij.nemo adduci debet.xxij.q.ij.primum.ſm Hin.sed nec ad aliud q; dic vt in summa.de peni.§.que interrogatiōes.sub.§.dixisti vnq̄s mendaciū. ¶ Glo.iij.querit quare simplr credi debet.dicit qz ꝑ vba simplicia ē fides ꝓponenda: idez de teste:idez de scriptura vera.si testis loquit ꝑ vba iuris minime dubia non creditur in iudicio.et no.contra istos sic loquentes:q; nec se nec alios itelligunt:et conant i iure mutare verba de claris ad obscura.vide de boc.i.ō ferijs.capellanus.Si aūt ꝓponant vba dubia in ꝯcubus quid fieri debeat.no.ō spon.ex iſta. ¶ Alie glo.si clare vsq; ad glo.i vbo oiporēs.q̄ querit i quo sit oñiporēs.dicit q; qz oia potest.absq; eo q; peccare nō potest: qz peccare non est aliquid posse:sed est aliqd nō posse. Unde dicit Aug. deus nō pōt facere iniusta:qz ipse est summa iustitia.et nō posse mentiri magna est dei potētia. ¶ Et scias q; oīpotentia eius ꝑcipaliter i duobus apparz: qz nec aliqd ad pacīēdū corruptionez potest inferre.nec ad faciendū impedimentū aliquid auferre.virginē tamē post ruinā restituere nō potest:qz qō ꝑteritū est nequit nō fuisse.ff.de capti. .l.in bello.§.facta:posset tñ omio eā integrum reddere.xxxxij.q.v.si paulus. Hosti.vel alit vt ibi. ¶ Glo.in vbo cō ꝑbēfibulis ē clara.ibi i veteri lege habet boc ad hebreos .xij.et sumi potuit.Exo.xix.vbi videbat lapidari:etiam. Jumentū montē tangens.ibi bestia.i.bō tetigerit.s. peccando montē.i.xpm vel tetigerit.i.tangere voluerit.et talis ē mera bestia.q; vult idagare et scire id ad qō nō sufficit humanus itellectus. ¶ Glo.i verbo simplex querit q̄re dicat simplex:et dicit q; dicit omnino simplex:qz nullo mō

cóponit aliq̃ de cópositionibus: que in creaturis assignan
tur. ⁊ psequit glo. multiplicé cópositioné. ⁊ est clara: assi-
gnat ratio. quare nó est cópositus: qz si esset aliqó cópositum
esset aliquid eé prius deo. i. patrem eius. quod non é
intelligibile. ¶ Jté non est cópositus aliqua cópositione
qualitatis ad subiectũ: vt albedo in pariete. dat simile gl.
in aia. que simplex ds ⁊ tamen tria reperiuntur in aia: intel
lectus qui preconcipit. qui assimilat patri: ró que discernit
⁊ memoria que cóseruat: ⁊ ratio comparatur filio. qui est
sapia patris: memoria cóparat spiritui sancto. qui omnia
bona cófirmat ⁊ corroborat. ¶ Alij dicũt q̃ per memori
am comparat patri: p intelligentiam filio: per rónem spũi
sancto. ¶ Alij q̃ per intellectum patri: p voluntaté filio:
p memoriam spũi sancto: ⁊ de bis alijs cóparationib⁹ vi-
de p hostien. in summa huius ti. ¶ Aduertendum tamen
q̃ simplicitas pót dici multipliciter. ꝓmo, put est ꝯria vo-
lo. xvj. q. i. si cupis. alio que ꝓuenit ex ignorácia: que repro
batur. xxxix. di. petrus. non dicitur aliqua istaꝝ rationum
deus simplex. sed ds simplex. qz in eo nulla diuersitas par-
tium cósistit. nec pluralitas ꝓprietatum. vñ plius dicit ſ3
Hosti. hic in sũma: q̃ ipm ꝓncipium qó est deus non é có-
tentum sub aliquo genere. nec sub diffinitióe. nec subest de
monstrationi. ⁊ é expers qualitatis: q̃titatis: quotitatis.
vbi. ⁊ qñ. ⁊ motus. nec est aliqd sibi sisse. nec cómunicans.
nec contrarñ. dicit Aristo. q̃ ꝓma cá superior é narratióe
nec sufficiũt lingue ad narrationé. nisi ad narrationé cau-
se ipsius: qz é sup oém cám: ⁊ nó narrat nisi p cáe secũdas
que illuminant a lumine ꝓtozis cáe. quod est quando pri-
ma cá nó cessat illuminare suũ cátum: ⁊ ipsa illuminatur a
lumie suo: qñ é lumé supra qó nó é lumé. cuius dictú cor-
roborat Jo. euangelista dicens. Erat lux vera illumináns
omnem hominẽ venientẽ ẽ. ¶ Op. q̃ nó sint tres eter
ni: vt in simbolo arbanasij. ibi nó tñ tres eterni. So. dic gl.
q̃ hec filia verba ponunt adiectiue. sunt coeterni loqndo ó
personis: non loquendo. de substantia: qz nó sunt tres sub
stantie eterne: sed bene tres psone coeterne in vna substá-
tia. ¶ Glo. in vbo simul ꝓfirmat ibi salomon eccle. xviij. i
fi. Idem no. xxxv. di. sexto dic. in ꝓma glo. dicit abbas q̃ si
mul creauit omnia in materia informi. vt hic que cũ dicrum
distinctióe deduxit in formá: vt ibi. ¶ Glo. in vbo huma
na qrit qñ o post creauit humanam. ⁊ declarat. dic vt in fi.
gene. i. ¶ Glo. i vbo quasi cóez. querit qñ humana fuit
media inter corporalé ⁊ angelicá. glo. declarat duob⁹ mo
dis. dic vt in ea: dicit Jo. an. q̃ homo bz esse cũ lapidibus
⁊ plantis: ⁊ sic é homo armonia oiẽ creature. é át armónia
ꝓsonantia pluriũ cantuũ. dat simile in clericis secularibus
ad laicos ⁊ religiosos: qz participát de vtroq. sic se habz
scia canonica ad ciuilem ⁊ theologicam. sic ⁊ emphyteo-
sis ad venditionem ⁊ locationem C. de de iure emphy. l. i.
fm hosthen. ¶ Glo. in vbo diabolus. querit quare dicat
diabolus. glo. exponit vno mó. dicit Jo. an. q̃ hoc nó pla-
cet Ja. ¶ Glo. sequens querit quare appellent demónes
⁊ exponit: ⁊ dicitur deorsuz fiens vel ruens. vt qó bz in vo
luntate ferat in noie. nó. n. quos decipit sursum ascendere
monet: sz deorsum ruere suadet. vnde Mathei. iiij. si filiꝰ
dei es mitte te deorsum. ¶ Glo. subsequẽter colligit q̃ ó
bono ꝓcedit malum: sed q̃ é fm assignat cám: qz p se pec
cauit: sed certe hoc ꝓfirmare videtur dictum: qz si p se pec
cauit. ⁊ erat bonus sequit q̃ ex bono ꝓcedat malũ. ex deo
bonuz. diabolus nó fuit effectꝰ malus imo absq; volũtate
dei. Jté inq̃tum fuit creatus bonus respectu substãtie. ex
hoc nó ꝓcessit q̃ fuit malus. Jté nec inq̃tũ fuit data sibi vo-
lũtas in substãtia illa respectu substãtie nó est mala put é
volũtas. sed put ꝓpter libertatẽ arbitrij. eligere malũ fu
it effectꝰ malus. ⁊ hoc mó ex bono in se bñ ꝓcedit malũ. i. ex
substantia voluntatis in se bona ꝓcessit malũ. i. damnatio
voluntatis ex libero arbitrio. q̃ in se suscepit malus ⁊ elegit.
¶ Glo. in vbo creati. qrit an boies fuerint creati bói. dic
glo. videt q̃ nó. p illó apls ad ephe. ij. q̃ nã creati eramus
filij ire. a qua nó liberamur nisi p fidẽ. dicit glo. q̃ homo fu
it creatus afi peccatũ Ade homo. ⁊ in caritate. sic ⁊ ange
li. de pe. di. ij. §. romanus. ℣. Adá vo ⁊ euá. imortales. ó có
sc. di. iij. placuit igit vñus fmẽ. postea óclarat qñ óbeat i
telligi eramus filij ire: qz illó dét itelligi post pcm ade. vñ
dicit guil. q̃ apls loquit de nã corruptionis. non de ná cre
ationis. de hoc dic: vt de pe. di. ij. alle tex. in glo. siquidez.
ſ3 guil. ¶ Querit glo. an diabolus suggerens hói pecca
tũ peccet. dic glo. q̃ sic ⁊ plus puniendus é q̃ faciẽs. lxxx
vj. di. tãta. ¶ Querit ſo an excuset diabolus suggerens.
si hó alꝰ erat facturus. dicit gl. q̃ ñ. ff. de ser. corr. l. i. §. qui
ígr. ¶ Op. q̃ nó debuerit ꝓ exortatóe teneri diabolꝰ. ff.
de bis q no. infa. l. ob hec vba. glo. nó soluit. dic de ó vt in
regula. nullus ex ꝓsilio. de re. iur. li. vi. ¶ Querit glo. an
hó fuerit excusatus si peccauit ex suggestióe diaboli. glo.
dicit q̃ nó: qz debuit ⁊ potuit explorare. an hoc sibi expe-
dierit. ff. man. l. ij. in fi. ⁊ si dubitat ds consulere peritiores.
⁊ allegat iura. ¶ Venio ad. ℣.

Hec sancta trinitas.

¶ No. deus ẽntialiter eé
indiuiduũ quo ad psonas discretũ. ¶ No. ſo q̃ post le-
gẽ nature. deus p moysen dedit hũano generi legẽ. ⁊ p ꝓ
phetas. ¶ Ex quo no. q̃ pót quis docere p alium ſ3 gof.
lz nó possit addiscere p alium. Et repbendit hic nobiles ⁊
delicatos. q̃ mittunt repetitores ad scolas. ⁊ dormiũt. naz
sunt quedã que reqrunt psonalem operaz. ff. de solu. inter
artifices. de offi. dele. c. fi. p que iura ⁊ leges sibi allegatas.
tenuit bart. ij. q. officiali. quaz vide sup regula. qui facit
de re. iur. li. vi. q̃ magister qui ꝓmisit legere p annũ scola-
ribus inuitis nó possit substituere. etiã eque bonũ. Cy. l. i.
§. ne autẽ de cadu. tol. tenet q̃ possit qs legere p substitu
tũ. lz nó addiscere. bar. dicit i. l. nemo é q̃ nesciat. ff. ó uso.
re. q̃ pót qs legere p substitutuz qñ doctor erat talis qui
ex casu hoc ꝓuenerat agere sepe. qz ex cõditione psone vi
detur hoc actũ. C. loca. l. excepto. Insti. loca. circa ꝓin.
Idem si esset ꝓsumendo studij. l. q̃ si nolit. §. qz assiduꝰ. ff. ó
edi. edic. ⁊ de aqua plu. arcen. l. si ꝓius. §. i. alꝰ non potest
legere p substitutũ. nisi det substitutũ eiusdez pricii. ⁊ hoc
fit actũ in ẽctu. l. nemo est q̃ nesciat. p alle. ſ3 bar. ¶ No.
q̃ doctrina debet dari ⁊ lex fm dispositionem temporum.
¶ No. q̃ doctrina legis erat salutaris. p solã tñ legem si
poterant boies saluari. nisi fuisset ex gra. vt dicit apls ad
Ro. iij. ⁊ iiij. ¶ No. q̃ actus incarnatóis operatione trini
tatis totius fructus é. lz solũ verbũ fit incarnatuz. Quare
illo tpe ⁊ nó prius fuerit icarnatio. ⁊ q̃re ex maria virgine:
nó ex alia. no. in cle. i. eo. ti. in glo. qó tempus ⁊ glo. se. ⁊ q̃
mó natura: vsus: ⁊ ró in hac incarnatióe deficit. vide Hie
ro. ad paulá. ⁊ eustochiũ. ¶ No. xpm compositũ ex duo-
bus naturis diuina ⁊ humana. ⁊ q̃ in eo hũana natura fu
it integra. i. respectu aie rónalis ⁊ corpis: ⁊ aia rónali ip-
sum corpus vere ⁊ effectualiter informante: vt in concilio
vien. j. e. ti. c. i. §. porro. ibi. Judicatur heretica opi. q̃ habet
q̃ aia rónalis vel intellectiua p se ⁊ essentialiter nó sit for
ma corpis hũani: ⁊ ibi no. in glo. iiij. vltra mediũ. quod nó
hoc est contra fidem incarnationis. ⁊ contra fidem nostre
resurrectionis. ó qua seqt. est tñ verũ. q̃ xpo fm qó homo
nó é psona. ná q̃cito aia fuit coniuncta statim fuit ⁊ vnit⁹
ille homo filio dei: ⁊ deus ⁊ homo simul vnit⁹ vnũ fac xpm
fm vin. ¶ No. q̃ xpus fm diuinitatem erat impassibilis
⁊ imortalis. de quo dic: vt in cle. c. ti. vna post ꝓn. in glo. in
tñ. ⁊ ſ3 hũanitatẽ factus é passibilis ⁊ mortalis. ¶ No.
q̃ in aia descendit ad inferos ⁊ i carne surrexit. ⁊ ascendit
in vtroq. ¶ Nó q̃ boies habent resurgere cũ suis corpi
bus que nũc gestant. ⁊ est argumẽtuz q̃ lingue tũc loquẽ
tur. ad hoc. lv. di. diaconus. vbi de hoc. ¶ Quero de effec
tu glorificatóis carnis. dic q̃ ẽtuor dotib⁹ dotabit. i. subti
litate. agilitate. claritate ⁊ impassibilitate. ſ3 pe. ¶ Quero

